

trah. obl. nu. 11. (b) Mynsing. d. pr. num. 17. Wesebec. num. 12. & Schneidw. n. 3. Alias enim non idem genus, sed aliud redderetur, contra d. l. 2. §. 1. (c) facit l. pretij causa 9. C. de rescind. vend. Auth. hoc nisi. C. de solut. Nov. 4. c. 3. Bart. & Dd. in d. l. 2. §. mutui datio. h. t. Add. Duar. 1 disp. annivers. c. 14. necessitas enim non habet legem. Gothofr. ad l. 162. de R. J. lit. A. & quod non est licitum lege, necessitas facit licitum. c. quod non est, de R. J. in 6.

## XXII.

Hinc sæpiùs quæsitum extat, An mutuum sit, si *librum ad pondus, boves ad numerum dederò*, recepturus librum tanti ponderis, vel boves tanto numero? Qua in parte Azonem hoc negantem sequimur.

In summa Codic. h. tit. num. 17. Libri enim non sunt ad hoc inventi, ut dentur ad pondus, sed secundum bonitatis æstimationem, habitâ consideratione cum affectionis, tum usus & consuetudinis: Usus autem rerum, que mutuò dantur, in consumptione consistit, l. 5. de usufr. ear. rer. que usu consum. vel minuuntur, Vult. 1. J. R. cap. 31. Deinde requiritur in mutuo, ut idem genus ejusdem nature & qualitatis reddatur, sed fieri vix potest, ut ejusdem bonitatis bos, & non multò deterior reddatur. Nam etsi darem bovem, nunquam mihi poteris alium dare, qui æquè bonus sit omninò. Igitur rectè in his rebus mutuum non consistit. Etsi enim aliud sit in mutuo quod redditur, idem tamen videtur esse propter omnimodam similitudinem & formam, arg. d. l. 2. §. 1. in fin. Diss. Cu ac. lib. 11. observ. cap. 37. paulò ante fin. Cui optime respondet Gœddeus ad l. 4. de V. S. num. 33.]

*In panibus autem mutuum consistere* contra eundem Azonem & Accurs. affirmamus, ij enim & numerari & ponderari possunt ac solent, post Zas. in l. 1. §. 1. nu. 38. Treutler. vol. 1. disp. 20. th. 1. lit. F. Veluti si panes dentur, ut ejusdem ponderis alij panes æquè boni reddantur. Motz. d. tr. de reb. que mutuò dar. poss. n. 7. Idem asserit Cujac. d. obs. 35. nu. 11. in piscib. carne & ejus generis rebus.

XXIII. Quod